



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De 12. & 13. excom. c. 26.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

cratos, & euientes eisdem à suis  
Terris, & Dicecesibus.

*De duodecima, & Tertiadecima  
Excommunicatione.*

Cap. 26.

**C**laudat illos, qui aliquo mo-  
do impediunt cursum cau-  
sarum Rom. Curia, siue per  
se, siue per alium, directè, vel indi-  
rectè, aut consilium, vel fauorem  
ad hoc prestant, aut auxilium: et si  
huiusmodi persecutores in Roma-  
na fuerint Curia, si verberent, aut  
ibi interficiant, duobus Bullæ vin-  
culis ligantur \* Tertiam decimã  
incurrunt impediens executio-  
nem literarum Apostolicarum  
etiam in forma breuis, tam  
gratiam, quam iustitiam con-  
cernentium, & etiam citationum,  
inhibitionum, sequestrorum, mo-  
nitoriorum, processuum & alio-  
rum decretorũ à Sede Apostolica,

vel legatis : Nuntiis , præfidentibus & aliis quibuscunque delegatis Apostolicis emanantium.

*De Excommunicatione decimaquarta, & decimaquinta*

Cap. 27.

**F**Uliminatur decima quarta contra reuocantes causas spirituales à iudicibus Ecclesiasticis, vel impediētes ipsarū causarū cursū prosequi volentes, ac se tanquam iudices de illarum cognitione interponentes. Claudicant assensum, fauorem, consilium, & auxilium ad id dantes, etiam prætextu violentiæ prohibendæ. Ligat etiam Reges, Duces, Principes, Laicos omnes, Prælatos, Clericos, & Religiosos cuiusuis conditionis, & status. Decima quinta comprehendit illos, qui quauis prætensione personas Ecclesiasticas quarumcunque Ecclesiarum